UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Vt alium corrigat, in aquam sese gelidam immergit. 156

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

haud obſcurũ eſt arbitrari, quanto amore arſerit, qui pænarum inter pænas oblitus, ſolius Dei iniuria percelleretur.

155 Huic eius virtuti proximus erat Amor, erga ceteros mortales; in quibus Devm ille aſſiduè ſpectabat, &, ſi ijs bono eſſet, per publicum decurrere nudis pedibus, ludibriiſque onerari nihil cunctaturum ſe aiebat: Nec tam obſoletum corporis deformemque habitum fingi poſſe, quem vel vnius homuncionis cauſſa recuſaret. 156 Pariſijs hominem compertæ libidinis, quâ mulierculam deperibat, ſic poſt multa, quæ fruſtra fuerant, aggreſſus eſt corrigere. Qua tranſeũdũ infelici amaſio erat, inſidias opportunè ſtruit. Locum occupat, vndæ quæ gelidiſſimæ vadum: vbi collo tenus emerſus, aduentorem expectet. Sequitur demum ille, & peſſimi

ſimi conſilii certus, tranſire properat. Hic inſperato ab vndiq; vox, & cum voce terror: Iret miſer, fœdiſq; voluptatibus litaret, ſi aſpernari porrò minas cæleſtes vellet: Se interim ſibi pænas daturum, quas ille commereretur: donec exorato Numine imminentem, ab eius capite, cladem auertiſſet. Ad illud tonitru, continuò hærere miſer & fulminatum ſe credere: deinde profuſæ charitatis miraculo captus, animum mutare, iterq; malè cæptũ protinus deſiſtere, & veterem cũ Sirene conſuetudinem abolere. Quam quiſq; plurimis illum maleficijs petiit, tam maximè beneficijs IGNATIVS ſe vindicabat.

157 Contubernalem Pariſijs habuit, cui ſtipem alicunde ſibi ſuppeditatam, reique literariæ neceſſariam commendârat: malo quæſtori. Is cum peculio æra-